



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Editha V. 16. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

452 VITÆ SANC TORVM. 16. Septembris.
misit, qui post longam cum malo luctam bacis
medianam partem tam sancti exercitus signav-
erat hoc rude emeritos donas. Nam de morte
& ipsi moniti, cum quatuor dierum jejuno co-
pus curassent, & sacrissimis omnibus se armassent, ul-
timum pugnarunt, eodemque die, vultu (ut victo-
res scires) leto & præfulgido omnes cælum trium-
phantess ingressi sunt. Sed & AICHARDVS sus-
secutus est. Cur enim à triumpho Dux exclud-
etur? Ex Gratio.

Deputat Deus Virtutes Angelicas humanae ca-
stodie, & infelix homo relictus à puritate virtutum
squaloribus se polluit viriorum: & Angelus fan-
rem, ac in honestam purulentie nauseam invitus te-
lerat, et si celestis imperii lege constrictus obedi-
tiam non omittat. S. Pet. Dam. I. 1. ep. 15.

S. EDITHA V. 16. Septembris.

F Erax olim Divorum tellus Anglia, quam
cheu! degenerasti. sponte tuâ ferebat fructus
olim, quos jam non nisi gladiis sulcata, & sangu-
ne rigata donas. Illos inter EDITHA numerauit
Edgati Regis filia & Christi sponsa, cui amores
suos primis annis devovit, paronymphos no-
more leprosos diligens, quos, quod deformiores
aspectu erant, hoc formosiores & digniores se pu-
tabat; ut jam cælo id muneris ambiente, non du-
bitaret Angelus pauperem præ se ferre. Potò in
deliciis EDITHÆ Crux fuit, quam cum pingere vo-
ties manu Dunstanus Antistes vidisset, pollicem
prehendens nunquam tabo obnoxium esse iussit.
Id quod postea factum vidit Anglia, cum à morte
(quaæ ut suavis esset, cantu suo Angeli fecerent)
trigesimo die matri, tum anno tertio decimo

Dun-

19. Sept. · VITÆ SANCTORVM. 453

Dunstanus spectandam se dedit, monuitque corpuseulum tolleret integrum tunc etiam, si membrana quibus in molliestate ad levitatem abusa esset, exciperet. Itum & inspectum monumentum est, fidemque fecerunt præter oculos, pedes & manus, omnia reliqua à tabo immunia membra. Sed &c in dextrâ pollex à putredine fuit eximius. Quidquid cùm miraculum Canutus Rex rideret, reserto iterum loco media sepulchro se extulit, namque injicere improbo paravit? Supplicem tamen & in gratiam recepit, & inter undas postea servavit. Magni hæc olim Anglia miracula faciebat, pluris ego Angliam, si in vitam nobis Edi-
IAS revocaret. Ex Gras.

A tuâ dignitate nimis enormiter & ignominiosè
tidejicis, si transitorias & inanes pulchritudines
appetis. Mundus propter te factus est; ideo mun-
dum non ames. quia Mundus non est te dignus,
cum sis so longè dignior. S. Bern. opusc. de Char.

S. LAMBERTVS EP. M. 17. Septembri.

L AMBERTVM Trajectensi mitrâ ornatum
Theodoricus Rex in exilium expulit. Ille
cum in Monasterium Stabulense se receperisset, tum
denique in patriâ sibi visus est vivere, exilium
omnium miserrimum maximumque mundum ra-
tus. Obsequio sancto fasces suos ita submisit, ut
Abbatis imperio, sævissimâ hieme, sub cruce pre-
tando noctem transigerit, unico contra frigoris
afflitterat cilicio armatus: sed hoc scilicet divi-
si in pectore ignes propulsarunt, quos in redicis
vultu splendor insolens prodidit. Septimo abhinc
anno cùm Pipinus Rex Trajectensis Pontificem
eum, Pontifici solium suum reddidisset, his tum
gra-